















1751.

1. Delius, Henricus Fridericus: Insignitatio qua tenus  
in panti'idi in Seisum.
2. Gornel, Joannes Gualter: De probatione religionis.
3. Schierschus Dies, Joannes Fortimius: De furto qua et  
ficato.

1752.

1. Gornel, Joannes Gualter: De iure publico universalis,  
qua abusus legis disciplinae in iure publico imperii  
Germanici ostenditur.
2. Gornel, Joannes Gualter: De provocacionibus et appella-  
tionibus secundum privilegia Caesarum, statuta  
et observantiam illustri' republicae Angolthae Vi-  
delicorum.

1753.

1. Braum, Carolus Adelphus: De debito principitari.
2. Rudeth, Dr. Christophorus: De ultimis voluntatibus  
jure naturali validis.



3. Schroeterus, Joannes Suetas : De litis reassumptioe  
pars III.

1754.

1. Gome, Joannes Volleb : De Directorio Circuli mixti.
2. Reinkens, Joannes Paulus : De statu provinciarum  
Germaniae Naricarum post obtin. Ludovici Germaniae  
Commentatus et recitationes per istius semestris  
aestivum . . . a se habendas indicat.

3. Rudolph, Fr. Christophorus : De codice canonum quem  
Hadrianus I. Carlo M. dono dedit, Prolegomena, quae  
et auspicia professionis juris et philologicae obre-  
ant . . . oratione adhiberi capienda . . . iuncta.

1755.

1. Rudolph, Joannes Hieronymus Julius : De jure emigrandi  
et transmigrandi subitorem communi expulsiore et  
transplantatione in genere.



1756.

1. Braun, Godehus Christophus: De re infernali solita.
2. Gumbel, Francus Gualterus: De invertendis jura tractandi ordine.  
3. Haerker, Francus Fredericus Julius: De praesumptione juris naturalis circa actiones liberos in genere  
2 sumpt.
5. Andreph, J. Christophorus: De accessione picturae

1757.

Huthius, Casparus Jacobus: Petrus non Petra.

*[Faint, illegible handwriting on a lined page]*

IN  
P. 498.  
M  
A  
S  
D.  
S  
P





DISSERTATIO IVRIDICA 8 47.

DE

LITIS REASSVMPTIONE

P A R S III.

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

IN

ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI

PRAESIDE

IOANNE ERNESTO SCHROETERO

I. V. ET PHILOSOPH. D. IVR. P. P.

ET ACAD. BIBLIOTHECARIO 175313

RÉSPONDENTE


IGNATIO WIENINGER

BOIO INNERNZELLENSI

D. XXIX. AVGVST. A. O. R. MDCCLIII.

H. L. Q. C.

HABENDA



ERLANGAE

EXCVSA AB IO. DIETER. MICH. CAMERARIO  
ACADEMIAE TYPOGRAPHO.



ALMA MATER  
UNIVERSITÄT  
LEIPZIG  
H. I. G.  
ACADEMIAE TYPOGRAPHICAE  
EXCUSAE AB IO. DITTEL MICH. CAMERARIO





VIRO PERILLVSTRI  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DNO IOANNI GEORGIO  
DE PONICKAV

DYNASTA IN POHLE. POTENTISSIMI REGIS  
POLONIAE ET ELECTORIS SAXONIAE  
CVBICVLARIO, ET IN SVPREMO PROVOCATIONIS  
SENATV CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO.  
AD COMITIA IMPERII RATISBONENSIA, ET COMITIA  
EVANGELICORVM DIRIGENDA, LEGATO, RELIQA

VIRO PERILLVSTRI  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DNO BURCHARDO CHRISTIANO  
DE BEHR

POTENTISSIMI REGIS MAGNAE BRITANIAE  
ET ELECTORIS BRVNSVICENSIS  
CONSILIARIO LEGATIONVM INTIMO, ET AD COMITIA  
IMPERII RATISBONENSIA LEGATO  
SPLENDIDISSIMO RELIQA



VIRO PERILLVSTRI  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DNO IOANNI  
LIBERO BARONI  
DE ROTHKIRCH

DYNASTA IN BERSDORF, NOEBDENIZ, ET  
NEVSORGE, ETC. SERENISS. MARCHIONIS  
BRANDENBURGICI CVLMBACENS. MINISTRO STATVS  
INTIMO, ET A SECRETIORIBVS CONSILIIS. REGIMINIS PRAESIDI.  
PROVINCIAE NEOSTADIENSIS AD AISCH. SVPREMO CAPITANEO.  
ORDINIS EQVESTIRIS BRANDENBURGENSIS, AQVILAE RVBRAE,  
EQVITI; ET AD COMITIA IMPERII RATISBONENSIA LEGATO  
SPLENDIDISSIMO RELIQA

MAECENATIBVS AC DOMINIS MEIS



VIRI  
PERILLVSTRES ATQVE EXCELLENTISSIMI  
*MAECENATES AC DOMINI*



continuis distentum curis, mul-  
tasque perpetuis vigillis me  
noctes agentem, fateor, VIRI  
PERILLVSTRES atque EXCELLENTISSIMI,  
qua ratione obseruantiae in Vos meae, pieta-  
tisque, nullo fato extinguendae, indicium exhi-  
bere queam. Tanta enim, a VOBIS, in me pro-  
fecta sunt merita, tanti clementiae VESTRAE fru-  
ctus, vt omnia mea studia, omnes conatus, super

X 3

vacuos



vacuos esse merito credam, queis sat memoris  
eorum animi mei significationem dare possim.  
Nam quo terrarum orbis, exul, delatus essem,  
quae terra, extraneo mihi figere sedem suo in  
gremio concessisset? dum summo in Papales  
tenebras incensus odio, patriis meis laribus vale  
dixeram: nisi omni cultus genere prosequenda,  
gratia VESTRA, me, fortis aduersae telis expo-  
situm, excepisset. Ea mentis meae, tot anxiiis  
agitatae fluctibus, solatium erat ac quies: ea  
mihi viam ad ducendae vitae tranquillitatem  
detexit; ea denique me ad Erlangensium Mu-  
sarum castra delegauit; vt ibi et scientiarum  
excultus varietate, et ab horrendis catholicae  
fidei praestigijs purgatus, Euangelicae Ecclesiae  
membrum fierem. Qualescunque igitur opta-  
tae fortunae mihi accessiones fuerint, eas mu-  
neris VESTRI esse nunquam ex animo meo  
effluet. At quid est quod VOBIS politiarum  
litterarum decora! PERILLVSTRIS FAMILIAE  
VESTRAE Ornamenta! manifestum cultus mei  
afferat testimonium? quid est, ex quo eluce-  
cat, cunctas gratias in me haud inique effusas?  
certe



certe non quod debeo, sed quod possum grati  
et ad tumulum vsque subiectissimi animi pignus  
V O B I S offerre praesumo.

Summa spe, atque confidentia affectus,  
fore, vt illud pro clementia V E S T R A, qua  
omnes, non alieno a Musis ingenio praeditos,  
complectimini, V O B I S haud despiciendum  
existimetis.

Prodit in conspectum V E S T R V M, V I R I  
P E R I L L V S T R E S A T Q V E E X C E L L E N T I S S I M I, hoc leue  
opusculum, in quo publice defendendo, quid  
humeri valeant, quid ferre recusent, periculum  
feci: quod vt V O B I S sacrum sit, ac V E S T R O  
R V M Nominum splendore ornatum, vehemen-  
tissime cupio, non tamen eum in finem, vt  
hoc ad gloriam V E S T R A M quicquam adiici posse  
credam; sed vt subiectissimi pariter, ac gratis-  
simi erga V o s animi mei extet monumentum.  
Grata haec V O B I S, summa comitate conspicuis,  
haud dubie accedet, si eam non ex magnitu-  
dine, sed meo subiectissimo deuinctissimoque  
V O B I S animo aestimare dignemini.

Cete-



Ceterum deuotissima in VOS MAECENATES emitto suspiria, vt me inopiae telo vndique pressum: vsquedum melior mihi sit sortis conditio: VESTRO auxilio ac patrocinio dignum censeatis. Benignissimus Deus, VOS, cum PERILLVSTRI FAMILIA VESTRA semper protegat, et sinat gloriam VESTRAM, multis in res publicas meritis partam, perpetuo florere, atque ad seram vsque posteritatem propagari.

*PERILLVSTRIVM ATQVE EXCELLENTISS.*

NOMINVM VESTRORVM

deuotissimus atque obsequiosissimus  
cultor et cliens

IGNATIVS WIENINGER

Bavarus.





DE  
LITIS REASSVMPTIONE  
GENERATIM.

§. LXII.



Ratio, cur heres litem defuncti testatoris reassumere tenetur, in eo potissimum posita est; quod adeundo hereditatem, succedit in omne ius defuncti. Quid quod Doctores, a nobis supra ad §. V. not. m. citati, litis reassumptionem apud nos, instar hereditatis aditionis esse, statuunt. *Liceatne igitur, post litem reassumptam, hereditatem repudiare, atque a lite recedere? merito quaeritur.* o) Ac de iure Romano quidem, heres, qui absque inventarii beneficio, hereditatem adiit, postea non relinquere hereditatem. §. V. Inst. de hered. qualit. et differ. atque sic, qui semel per litis reassumptionem, se hereditatem adiisse declaravit, eam postea  
A repudiare



repudiare, et liti iam coeptae renuntiare, nequit. Cum autem iure hodierno, cuius cum beneficio inventarii hereditatem adiisse praesumatur, et cedendo hereditatem creditoribus secundum iuratum, ut loquuntur specificationem, a debitis hereditariis se liberare possit, heres lite iam reassumta, hereditatem cum iurata specificatione edere, et a lite iam reassumta recedere potest.

o) PHILIPPI diss. de litis reassumptione Cap. V. th. 6.

§. LXIII. Heres, ideo, quia succedit in omne ius defuncti, litem eius suscipere tenetur. De eo autem nunc dispiciamus, ad quem res quaedam, a defuncto possessa, non autem ex dispositione defuncti, sed ex pacto et providentia maiorum, ut aiunt, pervenit; qualis est successor feudalis, et in fideicommissis familiae, fideicommissarius. Atque de eiusmodi successore, eum non in omnia iura obligationesque ultimi defuncti succedere, certum est. r) Si igitur lis resumenda ad personam ultimi defuncti tantum pertinet, et actio personalis est, aut realis quidem, sed aliam rem, quam illam quae ad eiusmodi possessorem venit, concernens, litem ut resumat successor talis minime opus habet. Sin illa ipsa res quam successor ex pacto et providentia maiorum petit, in litem deducta est, omnino litem antecessoris debet resumere.

r) v. illustr. ENGA VIVM in Elementis iuris German, Lib. 2. §. 489. seqq.

§. LXIV. De eo vero, ad quem res alio titulo, singulari veluti emtione, donatione, et permutatione venit, an is litem sui antecessoris reassumere teneatur? anceps quaestio est. Quem enim fugit, rem quae petitur, aequae ut actionem realem ob eam motam, statim postquam eiusdem possessor



cessor ob hanc litem in ius vocatus est, fieri litigiosam. Novell. CXII. cap. I. idemque de actione personali, iure hodierno, Q) dicendum esse. Rei, actionisque litigiosae autem alienatio nulla est. l. 2. in fin. et l. fin. pr. et §. I. C. de litigios. Ex quibus confici posse videtur, fieri vix posse, vt successor particularis litem resumere necesse habeat, cum et res, et actio litigiosa, talem successorem respuat.

- Q) Olim, de iure Romano, litis contestatio generatim requirebatur, vt res, vel actio, litigiosa fieret. L. 1. §. 1. de litigios. Iure Iustiniano autem, in reali actione, citationem sufficere statutum est: Auth. litigiosa C. eodem: cum autem iure canonico, quo hodie hac in re utimur, *clen. ultima, vt lite pendente*, statutum sit, vt litis pendencia semper per citationem inducatur, sequitur vt hodierno vfu fori, et personalis actio, per citationem litigiosa fiat. Illust. BOEHMERVS in iure Digest. tit. de litigiosis §. 2. et in eximio opere de iure Eccles. Protest. To. 1. Lib. 2. tit. vt lite pendente nihil innou. §. 2. p. 1178. Id quod PHILIPPUS saepe laudatam diff. cap. 5. th. 10. legentibus, notandum est, quippe qui actiones personales in litem iam deductas, ante litis contestationem cedi adhuc posse, asserit, cuius rei contrarium tamen ex haftenus dictis liquet.

§. LXV. Hisce non obstantibus, quaestio tamen saepissime de litis reassumptione successoris particularis oriri potest. *Primo* enim, plurimorum lictorum ea sententia est, re litigiosa, a reo vendita, ab auctore autem euicta, *posse rem iudicatam, contra* eum, qui litigiosae rei possessor est, *exsequi.* R) Fieri autem potest, eum qui rem litigiosam possidet, habere quod huic executioni opponat e. c. hanc rem, non a reo, sed ab alio ad se peruenisse, etc. s) Prius igitur quam sententia in venditorem lata, contra emtorem exsequi potest, necesse est, vt emtor ad litem resumendam vocetur, Praesertim cum infra pluribus elu-



cescet, et post sententiam latam, ante executionem, litem resumendam esse, quippe quod litis reassumptio toties locum habeat, quoties litigans pendente lite mutatur, lis autem ante executionem finita dici nequit.

x) v. GEORG FRANTZKIVM Variar. Resolut. Lib. I, resolut. 11. no. 97. p. 116.

s) v. EVNDEM l. c. no. 104. p. 219.

§. LXVI. *Deinde*, non omnis rei litigiosae alienatio, omnino prohibita est. Nemo enim prohibetur I. rem litigiosam, legato, aut alia testamentaria dispositione, in alium transferre. I. fin. §. 1. in fine C. de Litigios. II. Dotis causa, vel donationis propter nuptias, alteri cedere. III. Propter transactionem, cuius rem litigiosam alienare potest. IV. Si inter coheredes res hereditariae diuidendae sunt, etiam rem litigiosam alienare licet. V. Idem dicendum, in alienatione necessaria VI. in litigiosa, quae seruando seruari nequit. VII. Res litigiosas etiam alienare licet, interposita satisfactione, l. 5. pr. de heredit. petit. plures casus ubi res litigiosa alienari potest v. apud FRANZKIVM. τ) Hisce igitur in casibus, lis reassumenda est ab illo successore ad quem res titulo particulari peruenit.

τ) l. c. no. 74. seqq. p. 214. ubi tamen notandum illum multos inmiscere casus ubi non tam rem litigiosam alienari, quam rem plane litigiosam non fieri dici oportet, e. c. si lis coram incompetente iudice mota est.

§. LXVII. *Tum* fieri potest, vt successori particulari, lis resumenda sit, si sciens rem emerit, quae in litem deducta, nec tamen litigiosa est. Quod si enim de re quadam



dam, ex alio iure reali, quam dominio, e. c. seruitutis iure, lis mouetur; ipsum illud ius litigiosum quidem fit, non vero res, atque sic haec quidem libere in alium transferri potest. u) Hisce tamen non obstantibus, si res seruituti obnoxia, per sententiam declaratur, huius rei iudicatae vis, etiam contra praesentem possessorem, ad quem res liti obnoxia peruenit, licet non litigiosa, transit. v) Hoc igitur in casu, cum audiendus prius sit, rei istius nouus possessor, quam sententia contra eum executioni dari possit, omnino ei, tanquam priori, rei in litem deductae, possessori, particulariter succedenti, vt litem illius resumat incumbit.

u) v. FRANTZKIVM loc. cit. no. 21. p. 197. in fine et seq.

v) vid. EVNDEM. no. 97. p. 217.

§. LXVIII. Denique notandum, actionum personalium in rem scriptarum, w) eam esse naturam, vt contra quemuis rei possessorem, ad instar realium, institui queant. Hoc igitur in casu, si quis propter rem quandam, actione eiusmodi, in iudicio experitur, re hac in alium translata, praefens rei possessor, si quidem contra eum, id quod fieri potest, actio mouetur, vt litem auctoris sui resumat opus est. x)

w) qualis est actio ex iure *πρόσκληση*, et iure retractus oriens, cum plurimis aliis huius generis.

x) v. FRANTZKIVM l. c. no. 41. p. 204.

§. LXIX. Fieri posse, vt successor particularis, litem auctoris sui resumere debeat, haecenus vidimas. Parum ceteroquin interest, quonam titulo res eiusmodi li-



tigiosa in successorem particularem peruenerit. Hinc, siue emtor, siue creditor, vel debitor hypothecarius sit, siue denique res permutatione ad eum peruenerit, omnino ut litem resumat necesse est. v)

v) v. PHILIPPI saep. cit. diff. Cap. 2. th. 6.

§. LXX. Videamus porro, an legatarius, vel fideicommissarius litem resumere debeat? Atqui rem litigiosam, legari, et fideicommissum relinqui posse, certum est. z) De iure quidem Codicis, fieri vix poterat, ut legatarius, vel fideicommissarius litem resumere opus haberet; cum hoc iure, aestimatio legatario saltem in effectu praestetur, ita ut heres suo periculo litem persequi teneatur. l. 3. C. de Litigios. Cum vero, iure nouissimo, Nouella 112. Cap. I. hoc ita correctum sit, ut legatario magis euentus litis, quam res certa relicta videatur, simulque eidem legatario potestas, tribuatur, si hoc sibi prodesse crediderit, iudicio adesse, ne in ipsius fraudem heres cum aduersario colludat; euenire omnino potest, ut hoc in casu, legatarius, vel fideicommissarius interueniens, litem non possit non resumere.

z) v. FRANTZKIVM Resol. XI. no. 74. p. 211.

§. LXXI. Cessionarius quoque, non potest, iis in casibus, in quibus rem litigiosam in alium transferre licet, a) quin litem cedentis, resumat; cum quiuis, cuidam litigantium succedens, licet tantum particularis successor sit, ut litem resumat, opus habeat. b)

a) v. supra §. LXVI.

b) PHILIPPI cit. diff. Cap. 2. th. 8.

§. LXXII.



§. LXXII. Cum quibus, etiam particularis successor, litem antecessoris sui, resumere debeat; facile patet, etiam simultanee investitum, ad quem feudum litigiosum pervenit, litem qui de feudo ventilatur, resumere oportere. c) Et idem dicendum de domino feudi, quem directum vocant, cui feudum controversum aperitur, d) cum enim illud feudum quod domino aperitur, in litem deductum sit, nec actiones reales, et in rem scriptae, morte possessoris rei controversae perimantur, necesse est, ut hoc in casu, contra Dominum feudi directum, quippe qui ultimo eiusdem possessori succedit, instantia, ut Doctores loquuntur, transferatur.

c) v. LVDOVIC. GVNTHER. MARTINVM in comment. ad Ordin. Process. iudicial. Io. Georg. I. Elect. Sax. ad. Tit. XVII. n. 24. p. 619.

d) v. LVDOLPHI SCHRADERI Confilia Vol. I. Confil. I. no. 381. p. 123. seq.

§. LXXIII. Successorum particularium in numero, sunt et successores in officio. Quodsi igitur quis, intuitu officii, vel muneris quod gerit, egerit, et is, qui eiusmodi actori, reoue, cui intuitu officii lis est, succedit, litem antecessoris sui resumere debet. E)

E) B. SCHAVMBVRGIVS in Principiis praxeos iuridicae iudicial. Lib. I. Sect. 2. cap. 7. §. 4. not. 2. p. 395.

§. LXXIV. A quocunque igitur, litigante in lite succedente, siue in omnia iura et obligationes antecessoris sui, siue particulariter saltem, eidem succedat, litis reassumptio requiritur. Is vero qui litiganti plane non succedit, ut litem eius suam suscipiat, neutiquam tenetur.

Hinc



Hinc est, quod recte statuunt Doctores: litis reassumptionem, a curatore bonorum, siue hereditatis iacentis sit, vel concursus creditorum existat, nullo iure peti posse. f)

f) CARPZOV. in processu Tit. VI. Artic. 5. §. 7. p. 208.

§. LXXV. De creditoribus defuncti debitoris communis, dispiciamus nunc; an et hi ad resumendam litem obligentur? Ac primo quidem quaeri potest, vtrum creditores, tanquam actores, ad litem resumendam citandi sint, si debitorem ipsorum communem e vita excedere contingat. Id quod merito negandum censeo: creditores enim, vt suo quisque debito potiatur, ipsi de lite sua continuanda solliciti erunt; nec persona litigantis, defuncto debitore communi, mutata dici potest, cum bona debitoris eius personam sustineant. Deinde autem euenire potest, vt creditores defuncti debitoris, tanquam eius successores, in lite quem defunctus debitor communis cuidam intendit, citandi sint, ac hoc quidem in casu, controuertitur: an ad litem resumendam eos citare oporteat. Et mea quidem sententia, hoc in casu, creditores, quippe qui defuncto debitore communi in lite deficiente, succedunt, ad litem resumendam omnino citandi sunt. g)

g) v. WERNHERVM de Litis Reass. §. 22. p. 16. et MEVIUM P. 4. Decif. 145. p. 555, conf. tamen EVNDEM p. 5. Decif. 237.

§. LXXVI. Cum is, qui deficienti litiganti plane non succedit, nec ad litem resumendam teneatur, consequens est, vt nec vidua, bona feudalia, dotis illatae causa, iure retentionis saltem possidens, ad litem de eius-



eiusmodi feudo motam reassumendam, minime te-  
neatur. H)

H) RIVINVS ad Tit. XVII. Enunc. II. p. 556.

§. LXXVII. Ipsa haec, de qua haec nobis  
fermo fuit, litis reassumptio, fieri potest, vel a litiganti  
succedentibus ipsis, vel per procuratorem. Cum  
autem notissimi iuris sit, ad eos actus, qui magni sunt  
momenti, si quis eosdem per procuratorem peragi cu-  
pit, speciale requiri mandatum, clarissime patet, ad  
litem resumendam, procuratorem speciali mandato in-  
structum esse debere. I)

I) B. DE WERNHER Volum. 5. obs. Forensium. Part. 7. obs.  
128. p. 250.

§. LXXVIII. Mandatum illud speciale, quo gau-  
dere debet procurator, ad litem resumendam constitutus,  
rite vt conficiatur, necesse est. Rite confectum autem  
dicitur, si reassumptionis verbum exprimitur, quamvis necesse  
non sit, vt et causa, de qua litigium vertitur, vel defuncti, et  
antecessoris, certa fiat mentio: vt verbis vtat, PHILIPPI K)

K) Saep. cit. diff. Cap. 2. th. 7.

§. LXXIX. Quodsi quem liti implicatum, in quo  
procuratoris ope vsus est, vita fungi contingat, eiusque  
heredes pensitant, vtrum hereditatem adire velint, an re-  
pudiare, ne lis protrahatur, procurator iste, litem vsque ad  
finitum deliberandi spatium, absque mandato, continuare  
potest; eique sumtus litis ex hereditate iacente sunt sup-  
peditandi. L)

L) v. BERGERVM in Electis Discept. Forens. Tit. XVII. p. 490.  
not. 3. et illustr. ESTOR in Reichs Proceß §. 2265. p. 789.

B

§. LXXX.



§. LXXX. Ad litem resumendam citatus successor, nequitiam litem continuare simpliciter tenetur; sed repudiando hereditatem, vel renuntiando liti et causae, ut loquuntur in foro, se ab obligatione resumendi litem liberare potest: hinc citatio ad hunc iudicalem actum, verbis alternatiuis concipienda est, in Saxonia. M)

*Den Process fort zu setzen, oder von solchen laengstens in den angeetzten termino sich los zu sagen.*

Vbi notandum, cum hic obligatio alternatiua iuris adfit, citato electionem hanc saluam esse, licet in citatione alterum tantum membrum expressum fuerit. In contumaciam vero citati, lis semper reassumta fingitur: (§. XV.) inde est, quod hoc in casu, haec electio citati cesset, aequae ac si liti iam renuntiasset; cum ad iura renuntiata, non detur regressus. N)

M) O. P. SAX. RECOGN. Tit. XVII. §. 2.

N) WERNHER *cit. dis.* §. 28. p. 20.

§. LXXXI. Actori quidem liti et causae renuntiare integrum est; reus vero, non nisi transactione, vel praestatione eius, quod in litem deductum est, se a lite liberare potest. Vnde vides: in iudiciis duplicibus, actorem liti et causae renuntiando, a lite simpliciter immunem non fieri; cum in hisce iudiciis vterque litigantium, diuerso respectu, sit actor, et reus. In reconuentione quoque actorem personam rei sustinere notum est, hinc actor reconuentus, liti et causae renuntiare potest nequitiam.

§. LXXXII.



§. LXXXII. Qui renuntiando liti et caussae, a necessitate, illam resumendi se liberare vult, ante omnia reo inpena in litem restituere tenetur: successor vero singularis e. c. in officio, ab hac obligatione refundendi reo in litem expensa, immunis est: quippe qui in obligationes antecessoris sui non succedit. o) Integrum vero manet reo cui lis mota est, contra antecessorem in officio eiusue heredes, immo et contra eum, cuius iussu temeraria forsitam lis coepta est, ius suum, ratione horum expensorum, persequi. p)

o) v. WERNHER cit. diff. §. XXX. p. 21. seq.

p) B. SCHAUMBURG in Princ. Praxeos Lib. I, Sect. II. Cap. VII. §. VI. not. adi. p. 397.

§. LXXXIII. Deficienti litiganti succeditur per litis reassumptionem *in lite*; (§. XXXVI.) si vel vnicus igitur terminus, viuentis adhuc altero litigantium, nunc mortuo, praecesserit, quantumvis lis nondum fuerit contestata, successores defuncti litigantis, ad litem resumendam citandi sunt. q)

q) CARPZOV Process. Tit. V. §. 2. no. 16. p. 207.

§. XXXIV. Sed pariter etiam, quoad lis durat, eadem, a successore defuncti, vel alias deficientis litigantis, resumenda est. Hinc, si post conclusionem in causa aliquem litigantium deficere contingat, ante publicationem sententiae definitivae, eius successor ad reassumendam litem tenetur. r)

r) CARPZOV. l. c. §. 3. no. 22. seqq.

§. LXXXV. Haec tenus dicta quidem rationi conveniunt, et in Saxonia teste CARPZOVIO, vsu fori



seruantur. In augustissimo vero iudicio camerali, post conclusionem in causa, ad sententiam definitiuam citatione ad resumendum opus non est; cum per leges Imperii, s) litigante post conclusionem in causa deficiente, in eius procuratorem, ceu litis Dominum, sententia ferenda sit definitiua. r)

s) Recess. Deputat. de ao. cloloc. §. *Nachdem auch in Zweifel*

r) MAVRITIVS saep. cit. diff. §. 20.

§. LXXXVI. Lis licet sententia decidatur, ideo finita dici non potest, donec sententia lata executioni data est. Hinc alterutro litigantium, post latam sententiam, siue in rem iudicatam ea transit, siue non, defuncto, successores ad litem reassumendam tenentur, antequam lis per executionem plenissime ad finem perducatur u)

u) PHILIPPI de Litis reass. Cap. III, §. III. CARPZOV. in Processu l. c. no. XXIX, p. 207. et latius Decis. illustrium P. III. Decis. CCXLIV. per tot.

§. LXXXVII. Idem in augustissimo iudicio Camerali obtinet, vt post latam sententiam, et rem iudicatam successores ad litem resumendam citentur: sed iure camerali haec citatio non ad reassumendum sed ad specialem actum executionis est, in quo cum Camera mores Galliae conuenire obseruat MAVRITIVS w)

w) saep. cit. loc. th. XXI,

§. LXXXVIII. Nec cessat litis reassumptio, si priores sententiae in contumaciam defuncti latae sunt, x) potest nempe successor, post litem reassumptam, vel contumaciam antecessoris, si quidem ficta est, purgare, vel ceteroquin



terequin ea quae in rem suam esse putat, praetendere, quo minus sentiae executioni demandari possint.

x) RIVINVS Enumerat, Forens. Tit. XVII. no. IX, p. 555.

§. XXXIX, De eo porro quaeritur: *Vtrum, si plures existant litis consortes, ad actum quemdam iudicalem citati, et si ante terminum unum ex his e vita excedere contingat, reliqui actum iudicalem peragere: an vero litis reassumptionem heredum defuncti expectare debeant?* De iure quidem ciuili, quo instantiae ipso iure transeunt, videtur, heredes defuncti litis consortis ipso iure ea, quae antecessori in iudicio peragere incubuerunt, perficere debere, ad reliquosque litis consortes nihil adtinere mortem alterius, sed potius reliquos, si id, quod in iudicio peragendum est, certo temporis spatio, quod fatale vulgo vocant, inclusum est, iusto termino non obseruato, caussa cadere. Sed recepta semel litem resumendi necessitate, reliqui consortes progredi non possunt prius, quam defuncti heredes litem reassumerint. Pro litis sumptibus tamen parcendis causetae loco hoc tradit PHILIPPI i) quodsi vnus letrantium e. c. vel appellantium decedat, reliqui consortes hoc iudici statim denuncient, et prorogationem termini impetrent, petantque, quod heredes defuncti ad reassumendum processum prius citentur, et interim letrationis vel appellationis prosecutio suspendatur: Matth. Berlich d. l. 31. aut si velint, permixtum quoque est, praeter reassumptionem etiam fatalia processus urgere, ut in vno termino; vtrumque agatur. Solere enim in termino litis reassumptionis, et alium actum iudicalem successoribus, quibus haec litis reassumptio competit, iniungi, supra §. XXXV. iam obseruatum est.



1) in cit. diff. de Reassumt. Litis Cap. IV. th. IV.

§. XC. An et lis, apud iudicem delegatum pendens, sit resumenda, si aliquem litigantium e vita migrare contingat? non inutilis videtur disceptatio. Ac si quidem delegatio motu proprio delegantis facta est, litem a successoribus defuncti litigantis resumendam esse, patet. Sin vero ad instantiam partium delegatio facta, heredes quidem litem eius, cuius hereditas cum omni iure ad ipsos pervenit, coram iudice delegato resumere obligantur, quippe qui facta antecessoris praestare tenentur, non vero successores particulares, qui, cum factis antecessorum neuntquam obligentur, prouocatione ad ordinarium iudicem, quae hodie permessa et, 2) iudices delegatos recusare possunt.

2) B. BOEHMERVS Lib. I. Institut. Iur. canon. Tit. XXIX. §. vltim. no. V.

§. XCI. Diuersum tamen dicendum est, si lis coram arbitris versetur. Cum enim compromissum morte compromittentium expiret, heredes defuncti litigantis vt litem coram arbitris resumant cogi non possunt, nisi in ipso compromisso heredum facta mentio sit. 3)

3) c. vltim. X. de arbitris

§. XCII. Ad actiones quod attinet, actiones criminales ab heredibus actoris sunt reassumendi; 4) actionesque poenales in heredes transire actiue, notissimi iuris est. 5) Contra heredes vero hae actionum species non dantur, cum delicta suos debeant tenere auctores: 6) nisi quod in actionibus poenalibus, de poena commissa respondere teneantur, si lis cum defuncto



functo fuerit contestata; 7) id quod tamen de poenis  
 ciuilibus et pecuniariis tantum valet. Et cum praete-  
 rea iure canonico 8) cautum sit, heredes ad damnum, a  
 defuncto datum, pro viribus hereditatis resarciendum  
 simpliciter teneri, nulla habitatione, siue lis iam cum  
 defuncto contestata sit, siue minus, nec attempta iuris  
 ciuilibus distinctione, an ex delicto defuncti locupletiores  
 heredes facti sint: et haec iuris canonici doctrina vsu  
 fori protestantium quoque recepta est: 9) patet heredes,  
 litem ex delicto contra defunctum motam, eatenus reas-  
 sumere debere, quatenus ad poenam ciuilem pecunia-  
 riam agitur, et cum defuncto lis iam contestata est; vel  
 ad damnum datum resarciendum tantum agitur. De-  
 nique licet actiones, meram vindictam spirantes, ad he-  
 redes nec actiue, nec passiuè, transeant, 10) diuersum  
 tamen et hic dicendum est, si lis cum defuncto iam con-  
 testata est. Hinc heredes, in actione iniuriarum ad pa-  
 linodiam contra defunctum instituta, sententia condem-  
 natos esse, testimonio *Lauterbachii* probat, PHILIPPI. I I)

- 4) RICHTERVS Confilior. et Responfor. P. V. Confil. IV. no. 19.  
 p. 10.  
 5) l. I. §. I. D. de priuat. delict. L. XLVII. de furt. l. XXIII. §. VIII.  
 ad L. Aquil.  
 6) l. 1. §. fin. D. de priu. delict. l. XXII. C. de poenis,  
 7) l. XXVI. XXXIII. D. de O. et A.  
 8) c. III. C. XVI. qu. VI. c. V. X. de Rapt. incend. et violat. ecclesiar.  
 c. 4. de R. l. in 6to.  
 9) v. B. BOEHMERVS To. V. Iur. Eccl. Protest. Lib. V. Tit. XVII.  
 §. CXXXIV. p. 249. seqq.  
 10) l. XIII. pr. D. de in iur. §. I. Inst. de Perpet. et Tempor. Action.  
 11)



11) citat. diff. Cap. V. th. IV. in fine.

§. XCIII. Nec minus, in actione ex L. Diffamari, lis, a successoribus mortui litigantis, reassumenda est, eo etiam in casu, si diffamator ante litem contestatam vita functus est. 12)

12) RICHTERVS Parte II. Decision. C. no. 104. p. 397.

§. XCIV. Effectus praecipuus litis reassumtionis est, omnes actus, quae in iudicio, post mortem defuncti litigantis, ante litem resumtam, peracti sunt, si ab iis solummodo, quae procurator, mortem principalis ignorans, gessit, 13) discesseris, inanes esse, Id quod tamen in iudicio mercatorio Lipsiensi aliter se habet. 14) Quid quod, ex quorundam Doctorum sententia ea, quae ante litis reassumtionem gesta sunt, nihilo fecius valent. 15)

13) v. III. ESTOR in Reichs Process. §. 2272. p. 792. edit. primae

14) v. PHILIPPI cit. diff. cap. V. th. II.

15) v. v. B. SCHAUMBURGIUS in Princip. Prax. Lib. I. Sect. II. Cap. VII. §. 2. not. 3. p. 394.

§. XCV. Quamdiu porro lis reassumta non est, frustra accusatur contumacia successorum. Inde lite nondum reassumta, licet citatio ad procedendum super probatione, insinuata esset, et defuncti mandatario, et successoris singulari, pro deserta reprobatio haberi non potest. 16.

16) v. RIVINVS in Enunciat. iur. ad Tit. XVI. Th. XVI. p. 559.

§. XCVI. Quod ad successorem particularem: effectum litis reassumtionis in hoc, quasi novationem, vel delegationem esse, statuit PHILIPPI. 17) nam si quis alterius



alterius litem, vt suam, in iudicio agnoscit, quasi contrahere ac veluti nouam iudicari obligationem introducere videtur.

17) cit. diff. Cap. V. th. VII.

§. XCVII. Ipsa autem litis reassumptio, qua forma fieri potest, in iudiciis, latius offendit PHILIPPI I. c. cap. IV. th. III.

### SECTIO ALTERA

#### QVID CIRCA LITIS REASSUMTIONEM LEGIBVS IMPERII NOSTRI CONSTITVTVM SIT.

§. I. Recepta est, haec de qua nobis haecenus fermo fuit litis reassumptio, et in Imperio nostro Romano Germanico, Recessu Deputatorum Imperii loco supra §. XIV. Section I. citato. Cum vero non raro, vt ex iis quae superius dicta sunt, et de quibus Icti saepe inter se adhuc disputare solent, patet, litis reassumptione, ad protrahendas lites abuti possint rabulae, quouis modo restricta eius necessitas est. Hinc in Recessu Imperii quem nouissimum vocant, A) ordinatum legimus: vt formis procuratorum, statim ab initio litis, mentio heredum inferatur, quo facto, si forma eiusmodi procuratoris in iudicio legitime producta est, non opus esse vt heredes ad litem resumendam citentur, sed procuratores vsque ad finem in causa admitti debere; sententias vero definitiuas et interlocutorias, post mortem alterius litigantis, si nomina heredum nondum iudici innotuerunt, contra procuratorem pronuntiandas esse; teneri tamen pro-

C

curato-



curatorem, simul vt de morte principalis sui certior factus est, statim, vel intra tres menses saltem, de morte et heredibus mandantis sui, ad iudicem referre, quo sententiae magis congrue concipi queant.

A) Reccessus Imperii de Anno 1604. §. XCIX. Damit auch zum vier-  
ten, wann etwa vor Beschlusung der Sache ein oder ander Theil von den  
streitenden parthejen mit Tode abgehet, von deren nachgelassenen Erben und  
deren procuratoren, als welche sich ohne vorbergehende citation ad reassu-  
mendum zu legitimiren nicht begehren, keine Gefährlichkeit, zu Verläng-  
rung des Processus gebraucht wurde, so sollen die Gewäite gleich anfangs auf  
der Parteyen Erben mit gestellt werden, und auf einer oder anderer Partey  
södllichen Hintritt nicht nöthig seyn, die Erben ad reassumendam litem  
zu citiren, sondern wenn anders das Procuratorium vorher von dem be-  
stestem procuratorn gerichtlich producirt worden, derselbe alsdann bis zum  
Schlusß der Sache verfahren, auch sowohl die Definitiv als Reurtheil, dafern  
die Erben annoch nicht namhaft gemacht, in des Procuratorn Person und nah-  
men gefasset und gesprochen werden, wie er procurator dem schuldig seyn  
soll, innerhalb drey Monaten, oder auch obnewartet solcher Zeit, so  
bald er es in Erfahrung gebracht, seines abgethehten Principaten Todesfall,  
und desselben hinterlassener Erhen Nahmen bey der Cancellij zu dem Ende an  
und einzubringen, damit die Bescheide desto sömlicher begriffen und verfas-  
set werden mögen.

§. II. Hanc recessus Imperii dispositionem, de  
litis reassumptionis necessitate euitanda, sequuntur prae-  
ter ordinationes Processuales Saxo-Electorales, de qui-  
bus sequenti sectione plura, ordinationes Processuales et  
Prouinciales, in terris Saxonis Sereniss. Ducum Saxo-  
niae, B) ordinatio Processualis Magdeburgica, item ordi-  
natio iudicialis Tribunalis regii Vismariensis, et ordinatio  
Processualis Brunsvico Lüneburgicis terris praescripta,  
cum plurimis aliis, quas excitat MARTINI C)

D) v. Fürstl. Sächsische Altenburg, Gerichts und Process Ordnung de  
ao. 1604. P. I. Cap. VI. §. 5.  
GerichtsProcess und Executions Ordnung Herzogs Johann Wilhelms zu  
Sachsen, publicirt d. 6. Februar MDCCII, Eisenach u. Lena. Tit. II, §. 8. p. 10. c)



c) LVDOVIC. GVNTHER. MARTINI in Commentario Forensi ad Ord. Proceff. iudicial. Io. Georg. I. mi ad Tit. XVII. no. §. p. 817. seq. et in Analeft. Forens. ad hunc comment. ad d. l. p. 427. seqq.

§. III. Secundum dispositionem allegatae legis imperii, aliarumque legum prouincialium, quae eandem sequuntur; procurator defuncti litigantis, qui mandato in quo clausula heredum inest, instructus est, admittitur quidem post mortem principalis in iudicio, sed in primo solum termino, iniuncta heredum nominatione, et legitimatione. Elapso autem spatio praefinito, trium menfium ulterius progredi in lite nequit. d)

d) v. PHILIPPI alleg. diff. Cap. V. th. XIII. et RIVINVS l. c. Enunc. III. p. 551.

§. IV. An, si, non obstante hac legis Imperii sanctione, procurator nomina heredum mandantis sui, praefinito trimestri spatio in iudicio non edidit, vt ipsi heredes ad litem resumendam in ius vocentur, necesse sit? in vtramque partem disputatur. Afirmat MAVRITIVS. e) negat WERNHERVS. f) Mea autem, si qua est, sententia: posita hac Reccessus Imperii noua legis latione, de iure communi extra Saxoniam, potest quidem iudex, procuratori, vt nomina heredum elapso trimestri spatio adhuc edat, per sententiam interlocutoriam iniungere. g) Quod si vero hoc non fecerit, satius est, vt heredes defuncti litigantis ante pronunciationem sententiae definitiuae, ad litem resumendam in ius vocet iudex, quam vt procuratorem, ad id quod in litem deductum est praestandum, condemnet: cum satis constet, sententiam contra procuratorem latam, licet eandem



verbis in procuratoris personam directis, pronunciare in lege nostra iubeantur iudices, tamen contra eundem exequi non posse. In Saxonia Electorali vero haec tenus dicta cessant, vt infra pluribus dicemus.

z) de citat. ad reass. §. XXIV.

z) diff. de Reass. Lit. §. 9.

e) v. ill. ESTOR in R. Proc. §. 2263. p. 789.

§. V. Nec tamen, quamuis haec recessus imperii nouissimi ordinatio, eum in finem facta sit, vt litem resumendi euitetur necessitas, ideo plane cessat iudicialis hic actus, ne quidem in summis imperii nostri tribunalibus, vt in Camera: h) frequentior tamen est in iudicio Imperii Aulico. i) Opus autem est hodieque litis reassumptione: I. in causis antiquis, in quibus ante R. I. procurator, cum formula mandati ad heredes directa, datus non est, si in his litigans e vita excessit, lis autem ad finem nondum perducta est. k) Et hoc in casu litis reassumptio necessaria est, licet procurator de rato cauerit l) II. Si litigans demortuus, procuratoris ope, in lite, vsus non est. m) III. In omnibus causis, siue antiquis, siue nouis, si mortuo mandante, procurator quoque vita fungatur, qui cauerat saltem de mandato omnibus numeris absoluto impetrande, nec impetrauit, aut ante mortem mandantis non exhibuit. n) IV. Si tutor litem nomine pupilli procuratori mandauit, et tutore mortuo, tutela in alium transfertur o) V. Si Procurator, ante exhibitum in iudicio mandatum, diem obiit supremum, et mandans quoque



quoque in vivis esse desit. p) VI. Si mandatum per intromissionem mandantis tacite reuocatum est. q) VII. Si actoria a solo curatore sunt subscripta. r) VIII. Si procurator, post mortem mandantis, mandato renunciat; quod de iure communi licet. s) IX. Si is qui, ex praesumpto mandato, sub cautione rati, alterius nomine lege agit, ipse, vel is cuius lis est, moritur. t) Denique X. successor particularis, semper ad litem resumendam citandus est, v) nec ad eum, mentio heredum in forma mandati antecessoris sui, pertinet.

- n) MAVRITIVS l. c. §. X. DE LVDOLF in System. Iur. Cameral. Sect. 2. §. 2. no. 20. p. 251.  
 i) MAVRITIVS l. c. §. XI. IO. CHRISTOPH. AB VFFENBACH de Consilio Caesar. Imperial. Aulico cap. XV. Sect. 1. in fin. p. 188. ill. ESTOR in R. Process. §. 2259. not. p. 787.  
 k) v. MAVRITIVS l. c. th. XXIII.  
 l) v. PHILIPPI l. c. Cap. V. th. XII. no. 3.  
 m) v. MAVRITIVS l. c. §. XXIII.  
 n) IDEM. l. c.  
 o) ill. ESTOR. l. c. §. 2267. p. 790.  
 p) v. WERNHER dit. diff. §. 12.  
 q) v. RIVINVS in Enunciat. ad Tit. XVII. Enunc. VII. p. 555. MENCKEN Tract. Synopt. Process. Diff. VIII. Tit. XVII. §. 5.  
 r) RIVINVS l. c. Enunc. VIII. p. 555.  
 s) v. MENCKEN l. c. §. 3. WERNHER l. c. §. 14.  
 t) MENCKEN l. c. §. 1. no. 4.  
 v) B) SCHAUMBVRG Princ. Prax. Lib. 1. Sect. 2. cap. 7. §. 4. p. 395.

§. VI. Hisce non obstantibus, etsi, litem adhuc hodie, post Recessus Imperii constitutionem, saepius resumendam esse, ex hastenus dictis, nemini dubium esse possit: tamen multis in Germanici Imperii Tribunalibus,



litis reassumptionem plane non attendi, sed sufficere heredes litem continuare, vel de nouo eandem mandare procuratori, testis est locupletissimus illustris ESTOR w)

w) in R. Process. §. 2275.

§. VII. Cum denique ex iis, quae supra §. XLIII. seqq. Sect. I. disputauimus, constat; ex quorundam lictorum sententia, litem, mutato post eiusdem contestationem procuratore, resumendam esse: ne hoc ad protrahendas lites ansam praebeat calumniatoribus, RECESSV eodem IMPERII anni clxxxLIV. §. C. *Als auch weiter zum fünften*; cautum est, vt in omnibus formis procuratorum, mandantes, ab initio, substituunt procuratori alium, qui eo deficiente, statim absque liti reassumptione litem continuare tenetur. Vnde patet, rennunciante etiam procuratore primo, liti reassumptione opus non esse, sed substitutum in eius locum succedere. Contra autem, si substitutum ante procuratorem mortem oppetire contingit, et hic mandato postea quam mandans in viuis esse desit, renuntiauit; heredes defuncti mandantis ad litem resumendam omnino vocandos esse, ex iis quae supra §. V. no. 8. diximus, quibus intelliget.

### SECTIO III.

#### DE EO QVOD CIRCA LITIS REASSUMTIONEM IVRE SAXONICO ELECTORALI OBTINET.

§. I. Ea Serenissimorum Saxoniae Principum Electorum praecipua semper laus fuit, vt felicissimos populos qui nutu ac ditione ipsorum gubernantur, saluberrimis



berrimis legibus, praesertim ad ordinem iudicarium pertinentibus, ditauerint. Vnde post tot, tantosque labores nullis unquam laudibus fatis euehendos, quos postea alii principes, in Germania imprimis, in emendandas leges quae ordini iudicario inferuunt, impenderunt, et impendunt hodieque; constitutionibus processualibus Saxonis, suus permansit honor, manebitque in posterum. Quid igitur mirum, Litis Reassumptionem, postquam ea usu fori primum, deinde lege imperii expressa, Recessu nempe Deputatorum anni 1610C, in Germania inualuit; in Saxonia quoque, ORDINATIONE scilicet PROCESSVS IVDICIARII D. IOANNIS GEORGII I. Tit. XVII. esse introductam. a) Cum autem postea, Recessu Imperii nouissimo, litem resumendi necessitas certo modo remittebatur; a Serenissimo quoque Saxonum legislatore mandato quodam speciatim hunc in finem ao. 1610cLV. publicato b) cautum est, vt formae procuratorum mandantium ipsorum, et heredum nomine concipiantur, id quod deinceps in congressu anno 1610cXCIX. instituto iterum mutatum est c) In ORDINATIONE denique PROCESSVS IVDICIARII NOVITER RECOGNITA sancitum legimus. d) Reassumptionem litis plane cessare debere, nulla habita ratione, siue defunctus litigans procuratoris ope usus sit, siue minus. Heredes vero, absque specialis litis reassumptione, non obstant beneficio deliberandi, litem interea continuare, vel si heredes actoris sunt, refusis expensis, eidem renuntiare tenentur. Temporis spatia autem, quibus actus in lite peragendi inclusi sunt, (fatalia



(fatalia vulgo vocant) intuitu heredum, post quadrimestre demum spatium initium capiunt. Quod ad successores denique singulares, litis reassumptio, in hac noua lege, retenta est, sic, vt hi post mortem sui antecessoris, duplicato termino Saxonico iis concessio, in ius vocandi sint, vt litem vel resumant, vel eidem renuntient: addita comminatione, quodsi iussui iudicis non optemperauerint, litem ab ipsis reassumptam esse fingi. Intuitu vero expensarum, eo in casu, si successores hi liti renuntiant, ea in hac ordinatione Processus iudicialis noua cauta legimus, quae nos supra §. LXXXII. Sect. I. tractauimus.

- A) v. ORDINATIONEM PROCESSVS IVDICARII D. IOANNIS GEORGII I. ELECTORIS SAXONIAE Titul. XVII. ad eumque locum MARTIN. Commentarium. p. 617. feqq.
- B) v. BERGER Electis Disceptat Forensium ad Tit. XVII. Obs. I. p. 483. vbi quoque videre est, quid in comitiis provincialibus Saxonis, olim circa litis reassumptionem, vt mutetur propositum est, quae laudatus Bergerus, sub rubro textus ordinationis *recognita* ibi retulit p. 482. feqq. In ordinatione autem processus iudicialis noua recognita, in alia omnia transit Serenissimus legislator.
- C) v. BERGERVM I. c. p. 484.
- D) NEV ERLAEVTERTE CHVRSAECHSISCHE PROCES ORDNVNG Tit. XVI p. 101. *Die zu grosser Weitläufigkeit zum öftern Anlaß gebende Reassumptio litis, soll, so viel die Erben betrifft, ohne Unterscheidung derer Fälle, und vvenn auch gleich der Verstorbene den Process nicht durch einen Gewaltmächtigten, sondern in Person geführt hätte, hiermit gänzlich abgeschafft, und die Erben ohne alle Formalitæet einer absonderlichen Reassumptio, Litem zu continuiren, oder vvenn es Klägers Erben, sich davon mit Erstattung derer, von dem Defuncto verursachten Vnkosten loszusagen verbunden, und ihnen allerseits mit dem Beneficio deliberandi sich disfalls zu beheissen nicht nachgelassen, sondern sie dessen ungeachtet, inzwischen den Process dennoch fortzusetzen gehalten seyn, jedoch die Fatalia denselben nicht eher als nach vier Monaten, von dem erfolgten Todes Fall, fort zu lauffen anfangen.*



§. 2. Wenn aber ein Process ratione officii geführt wird, oder sonst nicht auf die Erben sondern successores singulares gebet, bleibet es bey der bisher gewöhnlichen Litis Reassumtion noch ferner, jedoch sind auf solchen Fall dergleichen Successores so fort, wider der Verwarnung, das Lis pro reassumta gehalten werden sollte, mit Einräumung einer gedoppelten Sächsischen Frist, zu citiren, dieselben auch den Process in dem Zustande, wie er sich befindet, fortzusetzen, oder von solchen längstens in den angefristeten Termino sich loszusagen verbunden, und auf diesen Fall mit Erstattung der Vorkosten zu verschonen, als wägen welcher sich der Gegenheil an dem, der selbigen worber geführt, oder an dessen Erben, und wenn es ein Officialis gewesen, allenfalls an die, auf deren Verordnung es geschehen, zu halten hat.

§. II. Hodie igitur in Saxonía Electorali, lata hac noua lege, litis reassumtio heredum plane in desuetudinem abiit; et instantia, vt Doctores loquuntur, ipso iure in heredes transit; mortuoque defuncto lis contra heredes, et nomine heredum continuatur. Nec spatium delibendi, heredibus alias in iure concessum, quo minus lis contra defunctum mota continuari possit, impedimento est; cum heredes in Saxonía cum beneficio inuentarii hereditatem adiisse praesumuntur; adeoque hereditatem si damnosa est, actori secundum inuentarium cedere possunt; id quod lege nostra neququam prohibentur. Sin vero hereditatis commodis frui volunt, vt et obligationes defuncti in se suscipiant, necesse est; atque sic litem vel resumere, vel, si actoris heredes sunt, transactione, aut renuntiatione, restitutis aduersario expensis litis; sin vero reo succedunt, praestatione eius quod in litem deductum est, transactione; se a lite liberare, debent. Denuo autem vt citentur, heredes opus non est, cum singuli processus iudicarij actus, terminis peremptoris inclusi sint in Saxonía; litigantibus sub praedictio causam amittendi stricte obseruandis. Quominus denique heredibus legitimum tempus, ad iusta defuncto

D



functo facienda, inuentarium, vt vocant, conficiendum, et iustitiam litis a defuncto coeptae secum reputandam, subtrahatur: vt haec fatalia, heredum ratione, post elapsam a morte defuncti quadrimestre spatium, computentur, lege nostra caueri, perspeximus.

§. III. Et cum in Saxonia Electorali heredes absque litis reassumptione litem continuare obligantur, consequens est, vt clausula heredum mandatis inferere illis, necesse non sit, quin potius haec clausula omnibus mandatis in his terris tacite inest, secundum ea quae DE WERNHER \*) tradit. Nec opus est ibidem litis reassumptione, si heredes nouo procuratori litem mandant. \*\*)

\*) in Enunciat. Fori. Enunc. 230. p. 420.

\*\*) DE WERNHER l. c.

§. IIII. Successores singul. res quod attinet, eos nec minus ad litem resumendam, si res liti implicata ad ipsos peruenit, teneri supra §. LXIII. seqq. S. I. vidimus. Atque in his litis reassumptio, vt in heredibus, plane tolli non potuit, in lege nostra Saxonica. E cogitatis quidem, quae in conuentu procerum prouinciarum Saxoniarum, de emendanda ordinatione processuali veteri propositae sunt, patet; distingui in iisdem, inter successores singul. res qui causam ab antecessore habent, et inter eos qui proprio iure succedunt; B) et de illis, vt litem antecessorum, citra reassumptionem, continent, statui. Sed res effectu caruit, ea procul dubio ex causa, quod successor singularis nequiquam in iura et obligationes antecessoris succedit; licet inclutus ordo lictorum Lipsiensium, F) peculiari responso, indicauerit; nihil impedire, quo minus lege publica sanciretur, vt et in successoribus:



foribus singularibus transitus instantiae legalis salvis iuris regulis introducatur. In ordinatione Processuali Nouiter Recognita potius, necessitas litem reassumendi in successore singulari retenta est: ea tamen lege, vt successores eiusmodi, 1) statim postquam res ad eos peruenit, 2) sub praecudio, 3) concesso tamen ipsis duplicato termino Saxonico, ad litem reassumendam, vel eidem renuntiandam, in ius vocentur. Plane igitur litis reassumptio in Saxonia Electorali abolita dici non potest, cum variis modis, vt supra vidimus, fieri possit vt successores singulares ad litem reassumendam in ius vocandi sint.

- \*) v. BERGER in Electis Discept. Forensium Tit. XVII. p. 483. et 487. not. 2. vbi p. 488. putat inter successores singulares qui proprio iure succedunt, referendos non esse successores in officio, qui absque litis reassumptione litem antecessoris continuare cogi possint. Id quod tamen in ordinationem Processualem Nouiter Recognitam receptum non est: vt ex eius verbis antea recitatis patet.
- \*) apud eundem BERGERVM c. p. 488.

§. V. In aliis vero terris Saxonis, extra Saxoni-  
 nam Electoralem, vt in Ducatu Altenburgico, G) H) et Magdeburgico, 1) ea quae in Recessu imperii de litis reassumptione sancita leguntur, repetita ferunt. Nisi quod in plerisque hoc ulterius constituatur vt procuratores, mandato in quibus heredum mentio facta est instructi, non solum nomina heredum in certum temporis spatium in iudicio edere, sed etiam nouo mandato ab heredibus concepto, effluxo autem tempore, se legitimare debeant. Id quod eo magis necessarium est, cum secundum dispositionem Recessus Imperii nouissimi, fieri possit, vt totum iudicium frustra fiat. Si nempe procurator legitimo mandato instructus, post mortem defuncti litem continuat, et nomin-



mina cognatorum defuncto gradu proximorum, quos eiusdem heredes credidit, intra tres menses in iudicio edit; in fine causae autem apparet, cognatos illos defuncto vel plane non, vel ex pacto et providentia maiorum successisse. Qualem casum, Decisioni Illustris huius loci Istorum Ordinis, ante aliquot annos oblatum memini, Prudenti igitur consilio, ut praeter nominationem heredum, nouo mandato, ipsorum nomine, se legitimet procurator, in legibus huius Reecessui Imperii, additum est. Ceteroquin in huius terris litis reassumptio adhuc locum habet iisdem in casibus, quos supra §. V. Sect. Praeced. latius enumerauimus.

- e) v. Die Altenburgische Gerichts und Process Ordnung P. 1. Cap. 6. §. 5. *ibi: dabey aber dieser (scilicet der Procurator) schuldig seyn soll binnen Sachs. Frist, oder so bald er seiner Principalen Todes Fall und der Erben Nahmen erfahret solche alldo der Process vortühret wird, nebst ihrer schriftlichen Erklärung, de continuando processu, herzubringen. etc.*
- n) v. Gerichts und Process Ordnung Herzog Johann Wilhelms zu Sachsen Eisenach. Tit. 2. §. 8. p. 10.
- 1) v. chur Fürstlich Brandenburgische in Herzogthum Magdeburg publicirte Proces Ordnung Ann. 1686. Cap. XXVI. p. 87. seq. vbi procuratori ut heredum nomina bimestri spatio edat, et nouo mandato eorum nomine concepto, instructus compareat iniungitur. Id quod tamen, in Sereniss. quondam Electoris Brandenburgici FRIDERICI III. Erklärung und Verhoffenung der in Jahr 1686. publicirten Process Ordnung d. d. 16. Mai 1696. ad cap. XXVI. p. 77. iterum mutatum est, ut procurator, mandato in heredes directo, instructus, nouo mandato ab heredibus non indigeat. In Lege nouissima huius terris praescripta, CODICE nempe FRIDERICIANO Lib. III. Tit. XV. §. 1. Litis reassumptio heredum cessare iussa est, cum mandatis typis expressis. quae hac lege, in iudiciis in vsu sunt, clauisula heredum inserta sit, omnesque heredes, secundum allegatam legem §. 3. effluxo spatio deliberandi, quod VI. septimanarum est) intra XIV. dies in iudicio declarare debent, velintne adire hereditatem nec ne. Quid vero de Litis reassumptione successoris singularis iustum sit ex hac lege non patet.

F I N I S.











WIP

ULB Halle 3  
007 769 156  












DISSERTATIO IVRIDICA 8 47.

DE  
LITIS REASSVMTIONE  
P A R S III.

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN  
ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI  
PRAESIDE

IOANNE ERNESTO SCHROETERO

I. V. ET PHILOSOPH. D. IVR. P. P.

ET ACAD. BIBLIOTHECARIO 175313

RESPONDENTE


IGNATIO WIENINGER

BOIO INNERNZELLENSI

D. XXIX. AVGVST. A. O. R. MDCCLIII.

H. L. Q. C.

HABENDA



ERLANGAE

EXCVSA AB IO. DIETER. MICH. CAMERARIO  
ACADEMIAE TYPOGRAPHO.

